

biteralem ibidem reficiendum de eisdem et predia ipsa vna cum predio habito de Ingone Jonsson pro xx marchis denariorum ad bona in Hørydh reuertantur. Item lego filie Johannis Langa de vtensilibus ibidem existentibus valorem xxx:ta marcharum denariorum. In cuius mee testamentarie voluntatis euidenciam sigillum dilecti nepotis mei et heredis domini Vlphonis, curati ecclesie Langarydh, presenti littere vna cum sigillo meo proprio apponendum duxi, aliorum heredum meorum, quorum eciam consensus in hoc facto iam habeo, similiter huic littere apponenda pro loco et tempore habiturus. Datum anno et die supradictis.

På baksidan: Parochia Rydeholm Vplø cum coloniis iiii pund smør.¹⁾

Sigill: n. 1 borta; n. 2 obetydligt fragment; n. 3 borta, remsan kvar.

4902.

1353 Mars 15.

Nydala.

Bo Toresson skänker fastigheter i Svenstorp till Nydala kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Bo Thoræsson salutem in Domino sempiternam. Diligenter in mente reuoluens, quod mors certa est, hora quoque mortis qualiter omnibus est incerta et ob hoc diem mortis mee volens aliquibus misericordie operibus preuenire, omnibus notum facio per presentes tam presentibus quam futuris, quod bona mea in Swenstorp parochie Swithnarom sita cum domibus, agris, pratis, pascuis, siluis aliis suisque pertinenciis, quibuscumque nominibus censeantur, in remedium animarum mee omniumque parentum meorum monasterio Noue vallis do, lego, assigno et tenore presencium trado perpetuis temporibus possidenda, auferens mihi et erediis meis omnem facultatem siue legis adiutorio, siue quocumque ali[o] iure nobis competentem dicta predia de cetero ab eodem monasterio reuocandi seu pro eodem aliquo impetendi. In cuius legationis euidenciam siggilla nobilis militis domini Throttonis Pætersson et viri discreti Byrgheri dicti Lax, generi mei, vna cum siggillo meo proprio duxi cum instantia presentibus apponenda. Datum anno domini m^oc^oc^ol^o tercio feria sexta proxima ante dominicam palmarum apud monasterium supradictum.

På baksidan: Parochia Swidhnarum Svenstorp.

Sigill: n. 1 (oxpanna med horn i sköld utan hjälm): s' BOECII THORISS'; n. 2 (smedbjälke i sköld utan hjälm): TROTTO PÆ ; n. 3 (sparre i sköld utan hjälm): omskriften utplånad.

4903.

1353 Mars 22.

Linköping.

Nils Styrbjörnsson försäljer till Nils i Stång en half attung jämte en toltting i skogen Torrberga.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicholaus Sthyrberni salutem in Domino. Nouerint vniuersi me viro discreto Nicholao de Stang dimidium attungum

¹⁾ De tre sista orden äro skrifna med senare hand, hvilken äfven tillfogat: 'Vppløff'.

cum duodecima parte in silua *Thorberghum* iuxta fundum *Styrberni* a parte occidentali situatum pro quinque marchis denariorum Sueuorum veraciter vendicionis titulo dimisisse. In cuius rei testimonium sigillum ciuitatis Lincopensis vna cum sigillis virorum discretorum, videlicet *Laurencii Thoresson* et *Læmechini*, proprio non habente presentibus est appensum. Datum *Lincopie* anno Domini m^occc^ol^oiii^o die paraceue.

Sigill: n. 1 (Linköpings stads; Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 756): M LINC... NS.; n. 2 (bomärke) fragment; n. 3 borta, remsan kvar.

4904.

1353 Mars 30.

Riddaren Rørik utfärdar skuldförbindelse till Håkan Kampe å 40 mark svenska penningar och sätter såsom säkerhet sin gård i Linköping i pant.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus ego Røricus miles salutem in Domino sempiternam. Recognosco per presentes me discreto viro *Haquino Kamppa* in quatraviginta marchis denariorum sweue monete nunc currentis esse veraciter obligatum infra feriam quartam pentecostes persoluendis, pro quibus curiam meam *Lincopie*, quam de *Laurencio* in *Brusafallum* et *Magno Frøstenson* habui, posui eodem *Haquino* pro pignore, racione tali quod si prefate xl marche infra diem non venerint, curiam dictam custodiat et defendat et mihi xxx marchas infra festum *Olai* regis et martyris nunc proximo venturum daturus. In cuius recognitionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum anno Domini m^occ^ocl^o tercio sabbato primo post annunciacionem beate *Marie* virginis.

På baksidan: De *Bredhagardh*.

Sigillet (båt under ett 'M' i sköld med hjälm; jfr Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 653) skadadt:
BONDA MIL.....

4905.

1353 April 10.

Hultaby.

Riddaren *Erengisel Sunesson* utfärdar skuldförbindelse å 50 mark penningar till sin tjänare *Holger Åkesson* och sätter som säkerhet sin gård *Muggebo* i pant.

Afskr. på perg. i Sv. Riksark.¹⁾

Omnibus presens scriptum cernentibus *Æringislo Swnason* miles salutem in Domino. Nouerint vniuersi me discreto viro *Holgero Akason*, famulo meo²⁾, quinquaginta marchis denariorum teneri et esse veraciter obligatum, pro qua quidem pecunia sibi *Muggabodha* inpignero, volens eundem *Holgerum* annuales redditus eiusdem *Muggabodha* respectu laboris sui ad vsus proprios subleuare, donec summa

¹⁾ Åberopadt och efteråt infördt i en urkund, genom hvilken *Karl Holmgersson* pantsätter en gård i *Muggebo* den 24 juni 1409.

²⁾ Efter detta ord finnes en mindre rasur i handskriften.